pertinentiis ... ... ligamentis in originalibus et assenis inscriptionibus extractis in ipsum filium suum et eius success. plenarie transfert et transfundit dat donat resignat et inscribit perpetuis temporibus Cui jam et nunc in eadem bona supradicta realem intromissionem cum admissione ac pacifica possessione per aliquem Generosum Ministerialem et Nobiles duos quem et quos sibi convenient poterit acceptandam dat et admittit personali sua recognitione ad id accedente.

Smurly **Donatio**

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Bracl. personaliter comparens Nobilis Joannes de Stanij Smurlo Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nobili Valentino de Casimiri Smurlo et ipsius posteris bonorum suorum immobilium in haereditate Smurly consistentium in campo duos sulcos a via ad lapidem inter metas Nobilis Martini Krzypski et eiusdem Valentini jacentem item in alio campo unum sulcum jary a pariete ad granitiem Sprzegnowska inter metas eiusdem Krzypski et Somalenic item na klinach unum sulcum jari a pariete ad parietem inter metas Starbacz et eiusdem Krzypski jacentem cum agris pratis rubetis et omnibus utilibus nullis exceptis perpetuis temporibus dedit donavit ac inscripsit Cui jam et nunc intromissionem cum possessione per ministerialem et Nobiles duos acceptandam dat et admittit Submittendo se cum suis posteris et omnibus bonis memoratum donatarium et eius posteros occasione Commissorum ab omni impedimento juris quarumvis personarum per easdem personas tales tueri defendere evincere et solus per se et per submissas personas non injuriare sub damnis ... simpliciter taxatis et Coram officio Castrensi Bracl. in primo citationis termino peremptorie ... ac satisfactione ... juris remediis et defensionibus ... ... se et suos ... ... renuntiando

Poplanny **Donatio**

Coram officio et actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Marina filia Nobilis Stanislai Poplawski consors vero legitima Nobilis Joannis ... cum eiusdem mariti sui uti tutoris coniugalis personali assistentia et consensu praesentaneo Sana mente et corpore existens palam ac libere